

A quare (nescio) quid de nostra fide sapere liceret: si quis cōcedat posse hoc incōueniens patribus imputari. Si em̄ fidei nostræ principes nō eadē omnes, sed alij quidē inuicem, alij vero etiā sibiipsis (o rem absurda) contradicant, autē nostra in illorū rationibus fundetur, inanis est ergo p̄dicatio nostra: inanis est fides nostra, ac magnæ stultitiæ est cogitare etiā talia de illis sp̄ritu plenis hominibus. Necessē est em̄ & propter p̄dicta, & alia plura consentanea, & sibiipsis, & inuicem, nihilq; omnino cōtrarium nō dicere, nō sapere. Dicit etiā de eis beatus Iohannes Syrus ad Iordanē scribens, Sed * eia, quas pro ducunt autoritates consideremus: cū paternæ sint, & eis nullo modo contradicendū sit. At vero cōcordes, neq; contrarios inuicem, & multo minus sibiipsis oppugnantem decet probare sanctos patres, & doctores nostros: quorū de fide sententiam vnicam & indifferentē esse, fecit vna spūs sancti virtus & illuminatio. Hinc apparet, q̄ hæreticis calumniantibus sanctos patres, tanq̄ non eadē dicentes: aliquosq; eorū ad suam prauam opinionē probanda trahentibus, beatus Iohannes, neq; eos, qui videntur hæreticos iuuare, negat, nec tamē eos intelligit, prout illi, sed acceptat quidē eos, conatur autē & sibi ipsis, & inuicē conuenientes probare. Hoc em̄ doctōris, hoc est Christiani officij. Sc̄ptima item generalis synodus, per os sancti Tarasii in prima eius actione, in nullo sanctos patres (inquit) inuenimus discordes: sed cū omnes eiusdē sententiæ sint: idem q̄q; prædicant, & docēt: Et eadem rursus in eadē actione. Vbiq; etenim patres concordē inuicem sunt: cōtrarietas vero nulla in eis est. Verū cōtraria eos dicere putāt: qui ceco nomias & intentionē eorū ignorant. Vide, q̄ etiā septimi concilij patres eadē hac de re sentiunt, & cōcordes sibiipsis, & inuicem esse sanctos doctores dicētes, eandē etiā rationem assignāt, quā beatus Iohānes. Idem em̄ spūs (aiunt) in omnibus loquutus est: quem sibiipsis nō cōsentaneum esse, neq; cogitare fas est. Et longum quidem esset enumerare, quemadmodū omnes doctores in tota sancta scriptura hoc sibi proponūt, ap̄ parentes in ea contrarietates cōcordare, concludere vero manifeste per p̄dicta, fidei nostræ principes & doctores, quorū doctrinis & illuminari & edocti lumus: necesse esse eadem & cōsentanea nō solū sibiipsis, sed non minus inuicem dicere: tanq̄ in idem curreret hoc nō esse, & totā fidem euertere: & qui nō cōcederet hoc, nihil ab infidelibus differret. His igitur ita p̄suppositis habemus quidē sanctos doctores eos, qui ex Orientē nobis veritatis fidei lumen illuxerunt. Athanasium, Basilium, Gregorius ambos, Cyrillum, Maximū, Tarasium, cæteramq; cohortē eorū. Habemus item eos, qui ab Occidente extinxerunt errorū flammās sana sua clarissimāq; doctrina, Hilariū, Ambrosium, Augustinū, Hieronymū, Damasium, Gregoriū, Leonē: qui rugiti suo hæreticos omnes deterruerūt, & cæterorū sanctorū chorū, oēs cōmunes doctores, & patres, & fidei principes, qui multa quidē in hac vita pro veritate passi fuerūt, pro eaq; mortui sunt. Veruntamen viuunt, nō solū apud deū in libro vitæ descripti, veruntamen apud nos p̄ ea, quæ reliquerūt nobis opera & doctrinas suas, quæ pro regulis fidei haberi debent a nobis æque fere atq; sancta scriptura veneratæ, & creditæ. Faciemus igitur officium nostrum, & quod a filijs gratis debetur, patribus omnibus quidē aures æquas s̄bere: omnibus vero propriū animū subijcientes, & semina eorū acceptantes. Ad eundē em̄ finē nos ducent omnes, & eandē nobis fidē prædicabūt, atq; cōfirmabunt, cū ipsi primo idē inter se dicāt, tanq̄ vno & eodē spū loquuti. Quod hoc modo considerando est.

¶ Quod quāuis nulla omnino sit in doctōrū dictis contradictio, si tamen aliquid tale saltem apparenter esset, nos, oporteret, conari ea concordare, tanq̄ summe necessariū fidei nostræ: & hoc astruitur p̄ exempla. Ca. III.

Ex patre dicunt Orientales sancti doctores sanctū procedere sp̄m: & ex patre per filium. Ex patre & filio Occidentales eundē procedere aiunt. Idem etiam nōnulli Orientalium asseuerāt. Quid igitur dicemus? Contrarium hoc esse illis Abst. Neq; em̄ cōtraria neq; cōtradictoria inuicē sunt ex patre procedere, & ex patre & filio. At qui etiā si contradictorie sermo proferretur, ita vt alios ex patre nō ex filio, alios ex patre & filio dixisset: nec tunc auderē dicere sanctos inuicem cōtradice re, sed potius meipsum accusarem, tanq̄ non percipientē illos intellectū, secūddū quod a Tarasio dictum est in. viij. synodo, quod scilicet eis cōtrariarum, qui ignorāt ceconomias & intentionē eorū, quā illis cōtradictionē aut cōtrarietate imputare. Multa habeo huius rei in ipsa canonica scriptura exempla, Pater meus (inquit) maior me est. Et rursus:

Iohan. 14. d
Iohan. 10. f